

FRANCESC MARTÍ O. CARM. I EL CISMA D'OCCIDENT

El document que anem a publicar és la resposta d'un mestre de teologia a una consulta del rei Martí sobre la viabilitat d'un projecte presentat per a extirpar el Cisma d'Occident.

L'espectacle de dos papes disputant-se la legitimitat de l'elecció, tots dos amb raons positives, en l'Europa del segle XIV devia portar la més greu pertorbació. L'autoritat del papa directament ateny les consciències, però indirectament, i més que mai a l'Edat mitjana, irradiava damunt les més variades manifestacions de la vida. No és estrany que els detentors de la força política, tot declarant-se al servei dels valors espirituals representats pel papa, maledissin per a redreçar-los al propi avantatge. Interferències polítiques expliquen la Captivitat de Babilònia, com anomenaren la llarga estada dels papes a Avinyó, i, com a derivació seva, el Cisma d'Occident.

Enfrontats dos papes, tothom hagué de prendre un partit. Aleshores es veieren les nacions arrecerades entorn dels prínceps i aquests, de la banda llur, cercant l'assessorament de clergues i juristes per a adoptar la posició més conforme a les exigències de la consciència. Documents importants de l'esforç acomplert en aquest sentit a la nostra pàtria han estat incorporats pel nostre admirat Antoni Rubió i Lluch en la seva monumental col·lecció de *Documents per a la història de la cultura catalana mig-ieval*. La confederació catalano-aragonesa aleshores pesava prou fortement en la política europea perquè no fos indiferent a quin partit es decantés.

Al començament tots els esforços s'adreçaven a destriar quin dels dos papes havia estat elegit vàlidament; però quan hom es convencé que els dubtes acumulats jamai no s'eliminarien, els es-

forços s'adreçaren a imposar si us plau per força la unitat de l'Església. El mitjà més pregonat fou que el cos de l'Església reassumís una certa autoritat extraordinària damunt del seu cap visible i obligués els dos pretendents a renunciar la dignitat que hipotèticament podien tenir, i així deixar el camp lliure a una nova elecció; refusant-se l'un i l'altre, el concili de Pisa els deposà i elegí com a Papa Joan XXIII amb el resultat lamentable que tots coneixem. Un projecte més modest, però sens dubte més assenyat, va discutir-se a la cort dels nostres reis. Acceptant com a inevitable l'*statu quo*, no demanava la renúncia a cap dels dos pretendents, només els proposava de comunicar-se mútuament la potestat que cada u pretenia posseir; d'aquesta manera quedava assegurada des del primer moment la validesa de tota l'actuació d'ambdós pontífexs i per a després de la mort d'un d'ells la unitat efectiva de l'Església. És aquest el projecte sobre el qual versa el parer de fra Francesc Martí.

Francesc Martí és conegut sobretot per la bella obra que escrí en defensa de la Immaculada Concepció de Maria en un moment particularment interessant, és a dir, quan a la veu hostil de Montçó i Eimeric la nostra terra responia reaccionant clamorosament a favor del gran privilegi¹. Aquest carmelità barceloní estudiava a París vers l'any 1364 i des del 1372 hi acomplí els actes acadèmics amb els quals devia assolir el magisteri de teologia l'any 1380. Desempenyat el càrrec reglamentari de Mestre Regent, passà a prendre part activa en el govern de la província carmelitana de Catalunya, de la qual fou Definidor en el capítol general de Chablons i Provincial després del Mestre Felip Ribot.

La seva resposta en la qüestió del Cisma es conserva a Madrid, Biblioteca nacional, ms. A. 141, ff. 1-5. Malgrat la redacció exasperantment formalística, té la seva importància perquè ens revela un aspecte no gaire conegut dels esforços realitzats per tal d'aca-

¹ Sobre aquesta obra hem escrit difusament a *La Paraula Cristiana*, t. V, 1929, pp. 420-428, i en el llibre *De scriptoribus scholasticis saec. XIV ex Ord. Carm.*, Lluvaina, 1931, pp. 453-461. Posteriorment m'ha estat assenyalada per Mgr. A. Pelzer la presència a la Biblioteca Vaticana del manuscrit que abans era a la biblioteca del Collegi Romà (Gregorian); actualment porta la signatura Vat. lat. 11557; li manca el f. 1. La mateixa Biblioteca Vaticana, al fons Barberini, posseeix un exemplar de l'edició feta per Pere Alva i Astorga O. Min.

bar amb el Cisma i els sentiments que en aquell període tan difícil predominaven. Francesc Martí al cap de 21 anys de Cisma conservava l'adhesió sentimental al papa d'Avinyó Benet XIII; però el neguit per la unitat ofegava els afectes personals. "El papa verdader, diu, sembla ésser Benet, que actualment resideix a Avinyó, el qual fou elegit pels cardenals antics indubtables, cosa que no podem pas dir amb veritat del romà, que ara es diu Bonifaci. El Cisma que malauradament hi ha en l'Església de Déu és un mal tan gran, que, no podent-se d'altra manera, tot cristian hauria d'exposar la seva vida per superar-lo". L'única preocupació era que els mitjans emprats no anessin contra la constitució de l'Església en res del que sigui de dret diví. La unitat de l'Església en el seu Cap visible i la infalibilitat del Pontífex Romà són els fils conductors de la seva argumentació; els punts ferm als quals s'ha de subjectar qualsevol projecte per a sortir del mal pas en què es troava l'Església. Qualsevulla superioritat del cos de l'Església damunt del papa és radicalment exclosa.

TEXT

Cum correctione et determinatione sacrosanctae romanae ecclesiae de mandato illustrissimi domini regis dico ad quaestionem propositam qua quaeritur:

Utrum ad consequendam unitatem universalis ecclesiae et ad tollendum schisma ab eadem praesentis temporis, quaeritur si sine praejudicio alicujus quilibet istorum praesidentium in papatu possit remanere in dicto officio et nominari papa et quemlibet eorum alium eorundem vicarium constituerem cum plenitudine potestatis.

R e s p o n d e n d o ad praesentem quaestionem dico, quod praesens quaestio duo supponit et unum quaerit et de quolibet istorum trium ponam unam conclusionem.

Q u a n t u m ad p r i m u m s u p p o s i t u m in quo agitur de vero papa prima conclusio est ista: Quaestio nostra praesupponit unum istorum duorum praesidentium in papatu esse verum papam.

Probatur haec conclusio. Quia aliter repugnaret quod unus istorum duorum alium ordinaret vicarium suum cum plenitudine potestatis, nisi unus eorum esset verus papa.

Confirmatur. Quia aliunde ecclesia videretur errare pro praesenti tempore adorando aliquem pro vero papa nisi aliquis istorum duorum esset verus papa. Aliter esset contra HIERONYMUM in epistola ad papam Damasum dicentem: "Haec est fides catholica, pater beatissime, etc."¹

Igitur conclusio vera. Et talis verus papa videtur esse dominus Benedictus pro praesenti degens in Avinione, qui electus fuit ab antiquis cardinalibus indubitatis, quod non possumus hoc dicere vere de romano, qui pro nunc Bonifacius intitulatur. Et hoc de primo supposito.

Quantum ad secundum suppositum quaestions in qua supponitur schisma esse in ecclesia Dei, dico quod nimis patet proh dolor; quare non indiget alia probatione.

Secunda conclusio est ista: Hoc schisma quod proh dolor nunc est in ecclesia Dei est tantae malitia, quod ad auferendum ipsum ab eadem, si aliunde [f. 169v] non posset facilius auferri nec tolli, quilibet viator christianus deberet exponere vitam suam corporalem ad tollendum ipsum ab ecclesia.

Probatur sic. Quilibet viator christianus plus debet diligere salutem animae suaे et proximi quam vitam vel salutem propriam sui corporis ac alterius creaturae; igitur christianus quilibet ad auferendum dictum schisma ab ecclesia non debet plangere salutem corporis proprii neque vitam propriam sui corporis exponere. Tenet consequentia, quia in hoc schismate multae animae pereunt et perierunt. Et antecedens probatur, quia quod melius est plus debet diligere et amari, ut est vita animae plus quam vita corporis.

Confirmatur per beatum BERNARDUM in libro *De diligendo Deo*.

Ex quo sequitur quod reges et principes mundi ad auferendum dictum schisma non debent plangere, imo exponere facultates eorum et vitam propriam corporalem atque filiorum suorum. Patet hoc ex conclusione et ejus probatione.

Quantum ad tertium est dicendum de quaesito quaestions.

Tertia conclusio est ista: Via quam ponit casus noster de refor-

¹ Ep. *De explanatione fidei* falsament atribuïda a Sant Jeroni. La citació era manlevada comunament al *Decret* de Gracià, p. II, causa 24, q. 1, c. 14, ed. FRIEDBERG, p. 970.

matione ecclesiae pro praesenti schismate est via multum utilis, congrua et vere factibilis ad obtainendum unitatem universalis ecclesiae et auferendum schisma ab eadem.

Probo primam partem hujus conclusionis, scilicet quod haec via sit utilis. Probatur: Per hanc viam vitantur multa mala et inconvenientia in ecclesia Dei et multa bona acquiruntur; igitur est via multum utilis. Consequentia est nota. Antecedens sic probo. Quoniam haec via est honorabilis, quia ponit quod quilibet istorum duorum certantium de papatu maneat in papali dignitate et collegia eorundem cardinalium maneant in eorum honoribus et titulis et praelati cuiuslibet partis eorum in suis praelaturis et beneficiis et quod nulla dictarum partium poterit vere dicere triumphasse de alia, imo dictae partes pro pace finali obtainenda dicerentur aequales; igitur haec via est utilis.

Confirmatur. Quia haec via est multum pacifica, quia sine armis, sine effusione sanguinis pax ecclesiae adquireretur. Per hanc viam vitabuntur non solum schisma generale, imo multa schismata particularia collegiorum finient, membra unienſi. Igitur eorum, cognoscetur Christus in suo vero Vicario, papalis obedientia non subtrahetur, reges et domini temporales cognoscent se habere Christi Vicarium, rapinae contra bona ecclesiastica cessabunt, ira Dei contra viros ecclesiasticos et principes temporales mitigabitur, sancta nec viri ecclesiastici vilipendentur; igitur via nostrae conclusionis est utilis: quod fuit probandum.

Secundam partem dictae conclusionis probo, quae ponit quod via nostrae conclusionis est congrua et vere factibilis. Probatur sic. Quia, si non hoc videretur propter aliqua repugnantia et inconvenientia quae viderentur sequi ex ista secunda parte conclusionis et possent numerari septem. Primum inconveniens esset, quod casus noster repugnaret decretis et ordinationibus ecclesiae. Secundum inconveniens, quod duo essent supremi pastores in ecclesia quorum quilibet papa diceretur. Tertium inconveniens esset, quod duo essent in supremo dominio ecclesiae aequales in potestate. Quartum inconveniens, quod duo essent capita in summiate ecclesiae. Quintum inconveniens, quod habere duos in dignitate papali simul repugnaret articulo fidei. Sextum inconveniens, aliqui fuissent schismatici et reconciliarentur ecclesiae non recognoscendo propriam culpam. Septimum inconveniens, quod in ecclesia Dei haberemus papam sine electione. Sed ista non reputantur inconvenientia nec repugnantia casui nostro; igitur conclusio vera. Consequentiam sic ostendo quod ista non sunt inconvenientia nec repugnantia casui nostro respondendo ad illa.

Ad primum inconveniens, quando dicitur quod casus noster re-

pugnaret decretis et ordinationibus ecclesiae, dicendum quod verum est quod stantibus decretis et ordinationibus ecclesiae quae nunc sunt casus noster et conclusio repugnant eis; sed quia ordinationes quae nunc sunt ecclesiae et decreta aliquando non fuerunt, quia inceperunt esse, posset etiam nunc ecclesia esse sine talibus ordinationibus et decretis, quia posset illa papa vel ecclesia suspendere seu cassare, quia tantum posse habet nunc verus papa et ecclesia quantum habuerunt ab initio; igitur papa atque ecclesia posset tales ordinationes et decreta [f. 170v] auferre ab ecclesia, et tunc non repugnarent casui nostro. Et quod ista possit verus papa auferre ab ecclesia patet. Mt. 16 “Quocumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis”, dixit Christus; praesertim cum ecclesia possit cassare omnes ordinationes et decreta quae fecit purus homo, non illas quae ordinavit et fecit Deus homo, scilicet Christus: et sic papa nec ecclesia possunt destruere evangelium quod Christus ordinavit nec illa quae includuntur in evangelio, quamvis possit papa evangelium interpretari. Et sic sublatis ordinationibus et decretis ab ecclesia casus noster non repugnaret eis. Quare dictum inconveniens non concludit.

Ad secundum inconveniens quod inducitur, quod duo essent supremi pastores in ecclesia et quilibet eorum diceretur papa, dicendum quod hoc nomen papa fuit impositum ab ecclesia ad placitum Vicario Christi; potest etiam ab eadem ecclesia auferri a vero papa et aliud nomen imponi et iterum restituere dictum nomen papa, imo etiam illi quem papa vicarium suum constitueret cum plenitudine potestatis applicare, ut non solum supremus in ecclesia Dei et qui in papatu esset diceretur papa, imo etiam vicarius ordinatus per papam diceretur papa, ex quo dictum nomen fuit ad placitum ab ecclesia impositum, cum formaliter non reperiatur in evangelio hoc nomen. Et sic dictum inconveniens non concludit.

Ad tertium inconveniens, quod duo essent in supremo dominio, scilicet in papatu et tales essent aequales in dignitate papali, dicendum quod, si vera sunt quae scribuntur in *Martiniana*¹ de summis pontificibus, non habetur pro inconvenienti quin possint simul duo esse in papali dignitate. Legitur de beato Petro quod constituit Clementem successorem suum et verum papam imponendo manus suas super eum, ipsum consecrando; et Act. 4 scribitur: “Tunc imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum”; a fortiori tunc quando Petrus apposuit manus super Clementem; si ergo tunc Petrus constituit papam et verum successorem suum ipsum Clementem, sequitur

¹ MARTINI POLONI, *Chronicon*, ed. Antverpiæ 1574, pp. 123 i 144.

quod tunc duo erant aequales in dignitate papali, puta Petrus et Clemens. Idem legitur in eodem libro¹ et fuit anno Domini .m.xxxiii. tempore papae Gregorii sexti, cum idem Gregorius esset rudis litterarum, alterum in pa[f. 171r]pam consecrari fecit, qui officium ecclesiasticum exsequeretur, et sic non habetur pro inconvenienti duo simul esse in dignitate papali in aequali potestate. Et sic dictum inconveniens nihil concludit contra casum nostrum.

Ad quartum inconveniens, quando dicitur quod duo essent capita in ecclesia Dei in dignitate papali, dicendum quod hoc non est inconveniens dato casu nostro, sicut statim dictum est de beato Petro et Clemente, quorum quilibet erat papa, et de Gregorio sexto, qui consecrari fecit alium in papam. Et tertium ponit idem MARTINUS in sua *Martiniana*² de Liberio papa, qui, dum esset exsul tribus annis, cleru romanus de consilio dicti papae ordinaverunt in papam Felicem presbyterum, et sic duo erant capita, scilicet duo summi pontifices in ecclesia Dei: et hoc fuit anno .cccliuii. Vel potest dici aliter, quod non reputatur inconveniens in ecclesia Dei esse duo capita simul in dignitate papali, quorum unum subordinaretur alteri, ut Clemens subordinabatur beato Petro a quo recepit dictum papatum, et dictus Petrus non subordinabatur alteri capiti creato sed solum Christo Deo a quo receperat papalem dignitatem. Sic in proposito, dominus Benedictus papa nunc degens in Avinione, si ordinaret in papam Bonifacium nunc Romae viventem, dictus Bonifacius subordinaretur dicto Benedicto, quia ab ipso habuisset papatum, et dictus Benedictus non subordinaretur Bonifacio, quia nihil reciperet a dicto Bonifacio: et sic dato quod essent duo capita, unum solum esset non subordinatum alteri. Vel possemus imaginari quod dicta duo capita essent unum solum caput mysticum, sicut totum corpus ecclesiae in quo multa corpora uniuntur est unum corpus mysticum, ita duo capita essent unum caput mysticum, quamvis inter se essent duo capita distincta: nec propter hoc corpus ecclesiae diceretur corpus monstruosum, quia haberet duo capita distincta, quia illa duo capita reducuntur ad unam unitatem mysticam, et sic illa duo capita dicuntur unum caput mysticum. Sicut possumus aliqualiter de Christo, longe tamen dissimilius, imaginari, quia in Christo sunt duae naturae distinctae, divina et humana, et non reddunt duo distincta capita sed solum unum: ita in dictis duobus summis pontificibus essent duo corpora sive supposita distincta et essent unum caput mysticum. Etiam possumus imaginari unionem inter ista duo capita ratione unius communicationis in dignitate papali

¹ MARTINI POLONI, op. cit., p. 353.

² Ibidem, p. 209.

et in sacramentis et in aliis beneficiis, ut ponit casus [f. 171v] noster. Etiam posset dici quod essent unum caput ab unitate fidei, non numero sed genere, a qua unitate fidei tota ecclesia dicitur esse una, ad Eph. 4: "Unus Dominus, una fides, unum baptisma, etc." Etiam dicta duo capita possunt dici unum ab unitate concordantiae voluntatis, ad modum loquendi ipsius Glossae ad Eph. 4, unus Dominus, una fides etc, dicit Glossa: "Pro tanto dicit unus Dominus et non plures dominos, ne viderentur plures esse voluntates ad discordandum, quia duae voluntates concordes una voluntas sunt." Et subdit Glossa: "Quemadmodum duorum idem volentium dicitur voluntas una et duorum similes facies habentes dicimus facies eorum est una", sic ecclesia diceretur habere unum caput in duobus suppositis. Sic tempore Apostolorum Ac. 4 dicebatur quod multi credentium erat cor unum et anima una. Ex ista responsione possumus concludere et concedere, quod dato casu nostro essent duo capita in ecclesia Dei et illa duo essent unum, ut declaratum est: et sic dictum inconveniens nihil concludit.

Ad quintum inconveniens quod inducitur, quod casus noster videatur repugnare articulo fidei, credo in unam sanctam ecclesiam catholicam apostolicam, dicendum quod casus noster non repugnat articulo fidei. Non primae parti articuli, in quo ponitur credo in unam ecclesiam, quia casu nostro dato etiam remaneret dicta ecclesia una unitate fidei, quia tota ecclesia idem crederet; etiam unitas ecclesiae potest reduci ad unitatem capitis ut superius est dictum. Etiam casus noster non repugnat secundae parti articuli, quia ecclesia dato casu nostro adhuc esset sancta et sacramenta sancta continens et communicans. Etiam dictus casus non repugnat tertiae parti articuli, quia nostro casu dato ecclesia tota esset catholica, quod idem est quod universalis, quia dicta ecclesia esset unita quoad caput et membra in fide, caritate et spe. Etiam dictus casus non repugnat quartae parti articuli dato casu nostro, quia adhuc ecclesia nostra esset apostolica in fide et sacramentis et in unitate capitum, ut superius est dictum: quare hoc inconveniens nihil concludit.

Ad sextum inconveniens quod inducitur, quod aliqui fuissent schismatici et reconciliarentur ecclesiae et non recognoscerent culpam suam, dicendum quod non est verum, quia, stante necessitate de unione ecclesiae, quae jam est multum necessaria et utilis et, [f. 172r] interveniente consensu totius ecclesiae ad volendum talem unionem, ut ponit casus noster, dico quod illis qui fuerunt schismatici sufficeret pro eorum reconciliatione cum ecclesia quod assentirent huic unioni et quod displiceret eis de schismate ecclesiae, quia fuit et tantum duravit, dico quod sufficeret eis in generali pro dispositione ad cog-

noscendum culpam eorum et errorem, quia talis displicantia in generali sufficeret eis in casu isto. Ratio est quia saepe multi salvantur in ecclesia qui non habent contritionem atque displicantiam de quolibet peccato proprio eorum in speciali, sed habent displicantiam et contritionem de omnibus peccatis eorum in generali, et salvantur; ideo confitentur de peccatis corde contritis et oblitis, pariter etiam absolvuntur de confessis et oblitis, de quibus oblitis ex ignorantia est peccatum schismatis hujus temporis, quoniam multi inciderunt isto tempore in hoc schismate ex ignorantia, credentes papam eorum esse verum papam, cuius oppositum supponimus. Ideo concludo quod displicantia in generali de dicto schismate sufficeret eis pro praesenti pro eorum reconciliatione cum ecclesia: et sic dictum inconveniens non concludit.

Ad septimum inconveniens quod inducitur, quod ecclesia haberet papam sine electione, dicendum quod evangelium nullam mentionem facit quod debeamus habere papam per electionem. Vel potest aliter dici, quod dato casu nostro ecclesia non haberet papam sine electione, quia dicit PHILOSOPHUS, X Ethicorum, et theologi in hoc concordant, quod determinatio rectae voluntatis humanae ad acceptandum vel approbadum aliquid vel ad determinandum se pro aliqua parte est quaedam electio; sed ista fieret in casu nostro: quod si tota ecclesia acceptaret quemlibet istorum duorum pro vero papa non solum actu interiori ipsius voluntatis, quae est quaedam electio, sed etiam ostenderet exterius per opus quod est effectus ipsius electionis, ex quibus sequitur quod quilibet istorum duorum eligeretur in verum papam in ecclesia, et falsum supponit dictum inconveniens quod casu nostro admisso non haberemus papam per electionem. Item potest addi quod sicut duo possunt esse simul in papatu, ut patet de Petro et Clemente, de Liber[i]o et Felice presbytero, de Gregorio sexto et alio secum electo in dignitate papali, ita duo simul possunt eligi vel acceptari ad [f. 172v] papalem dignitatem; nec oporteret quod uno istorum duorum mortuo ali[o] superveniente fieret pro ipso nova congregatio ad eligendum eum in papam, quia ex consensu totius ecclesiae in ipsum, secundum casum nostrum, qui superveniret illorum haberetur pro vero papa, praesertim cum verus consensus veri papae et cardinalium haberent vim electionis. Specialiter ut patuit jam superius papa possit ordinare successorem, ut visum fuit de Petro et aliis, a fortiori si verus papa consentiret huic tractatui et tota ecclesia. Et sic possumus concludere quod ille qui superveniret illorum duorum, ut dicit casus noster, duplíciter eligeretur, primo a tota ecclesia et a vero papa quando consentirent huic tractatui ipsis duobus in papatu simul viventibus, secundo eligeretur in verum papam post mortem alterius, cum

tota ecclesia consentiret in eum et ipsem hoc approbando, et omnia ista includerent vim electionis ex determinatione plurium voluntatum cum effectu exteriori, potissime quia verus papa cum tota ecclesia possent istum modum consentiendi pro vera electione et canonica acceptare vel ordinare: stat ergo conclusio nostra vera.

Nunc restat respondere ad rationes factas per me in primo consilio, quae videntur esse contra tertiam conclusionem, ex quibus rationibus intendebam probare quod casus noster videbatur repugnare evangelio et dictis Apostoli atque articulis fidei. Et ad ista respondeo.

Ad primam rationem, quando Christus dixit Jo. 1 beato Petro: "Tu vocaberis Cephas" et Jo. ultimo: "Pasce oves meas" et Mt. 18 (l. 16): "Tu es Petrus et super hanc petram etc.", ex praemissis habetur quod officium papale a Christo uni soli, scilicet Petro, committebatur et casus noster committit papatum non solum uni sed pluribus simul, ergo videtur repugnare evangelio; dicendum ad istas auctoritates et consimiles, quod licet evangelium faciat mentionem quod Christus uni soli commisit papatum, attamen evangelium non negat nec impugnat quin dignitas papalis non possit committi pluribus, ut factum fuit anno Domini .cccliiii. ut habetur in *Martiniana* quod tempore Liberi[i] papae, dum esset in exsilio tribus annis, clerus romanus de consilio dicti papae Liberi[i] ordinaverunt in papam Felicem praesbyterum, et sic duo simul concurrebant in dignitate papali. Item in eodem libro habetur quod anno Domini .m.xxxiii. tempore Gregorii sexti, cum idem Gregorius esset rudis litterarum, alterum papam consecrari fecit qui officium ecclesiasticum exse[f. 172r]queretur, et sic isti duo simul concurrebant in papatu; et si tunc potuerunt, etiam et nunc.

Ad aliam rationem, quando arguebatur per Apostolum ad Eph. 4: "Unus Dominus, una fides etc." dicit Glossa "quod notanter dicit Apostolus unus Dominus et non plures, ad exprimendum quod non plures voluntates essent in dominio", sed plures essent voluntates in dominio spirituali si plures essent papae etc.: dicendum quod, licet Apostolus unam voluntatem et unum dominium posuerit in dominio spirituali, non tamen negat quin plures voluntates et plures domini possint esse in dominio spirituali et papali.

Ad aliam rationem quod casus noster repugnaret articulo fidei, nego, ut superius est ostensum.

Ad alias tres rationes simul quae probant quod duo capita essent in ecclesia Dei, concedo, et quando arguitur quod repugnat articulo fidei, nego.

Ad aliam rationem, quando arguebatur quod dato casu quod unus constituisset alium successorem, quod fuit reprobatum a Spiritu Sancto et a tota ecclesia tempore beati Petri de beato Clemente, dicendum quod Spiritus Sanctus nec ecclesia permisit Petrum constituere successorem qui immediate post eum regeret ecclesiam; non quin Petrus posset eum bene constituere successorem suum et verum papam, sed quia non expediebat pro tempore illo, ut vera electio introduceretur in ecclesia de papa, quia in illo qui immediate successit Petro incepit electio papalis.

Ad ultimam rationem, quando arguebatur quod, si verus papa posset ordinare successorem in papatu, hoc esset janua ad plures haereses, dicendum quod hoc non est verum ubi necessitas et congruens temporis hoc exigant pro bono regimine ecclesiae ut alias est factum, ut superius patuit. Et sic patet quid dicendum ad istas rationes.

Et haec sint dicta cum omnimoda reverentia et honore et correctione, quae ego, frater Franciscus Martini, indignus magister in sacra pagina, provincialis provinciae Cathaloniae ordinis fratrum beatae Dei Genitricis Mariae de Monte Carmeli minus digeste in scriptis notavi .xvii.^a die mensis octobris anno Domini .m.cccc.

BARTOMEU F. M.^a XIBERTA, O. CARM.

Roma.